



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Cautela Confessarii Pro Foro Sacramentali Occasione  
Decretorum S. M. Alex. VII. Innoc. XI. Et Alexandri VIII. ...**

**Matthaeucci, Augustín**

**Francofurti Ad Moenum, 1711**

§. VI. Impedimentum voti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40684**

nis, & sic nulli sit injuria, Joan. Del  
Cruz de matrimonio.

## §. VI.

## Impedimentum voti.

sonam praesentem, quamvis in qualitate  
eretur, & haec non reputetur determina-  
tio personæ, semper matrimonium estra-  
lidum: & nullum, dum error qualitatis  
redundat in substantiam personæ, adeo ut  
illa non sit, cum qua intendebatur contra-  
etus celebrari.

## §. V.

## Impedimentum conditionis.

29. Impedimentum conditionis, est  
ignorantia disparitatis conditionis,  
quatenus liber, putans ducere liberam,  
revera contrahit cum serva legali, vel  
mancipio: Haec ignorantia dirimit ma-  
trimonium, patet ex capit. ad nostram de  
conjug. serv. Verum, si quis noverit  
esse servam, & adhuc velit ducere, ma-  
trimonium valebit; cum in hoc casu  
inæqualitas conditionis sit cognita, & vol-  
ita, & nulla fiat ei injurya, ratione cuius  
Ecclesia hoc impedimentum apposuit, &  
contractus sit justus, habens æqualitatem  
corporum, se mutuo obligantium; immo,  
ut docet Contenson. Theol. ment.  
lib. II. p. 4. disert. 4. cap. 2. speculat. 1.  
error conditionis non irritat matrimonium,  
si errans sit æqualis, vel inferioris  
conditionis cum serva.

28. Sed quid, si servus contrahat cum  
serva, quam putat esse liberam?

Resp. Matrimonium valet; nam in c.  
Si quis liber, &c. Si ingenuus 29. qu. 2.  
semper est sermo de matrimonio inter li-  
berum, & ancillam: & sic communiter  
intelligitur; nam jura intendunt tollere  
injuriam alterius, sic contrahentium,  
sed in casu ambo sunt ejusdem conditio-

31. Votum castitatis duplex, sole-  
mne, & simplex. Simplex ma-  
trimoniū impedit: Cum matrimonium  
hujus votū observantia repugnet: At  
matrimonium contractum non dirimit. Ra-  
tio est, quia votum simplex, est simplex  
promissio proprii corporis, obligans, uti-  
que ad continentiam, sed non transfer-  
dominium corporis in eum, cui promittit  
votum: Ideo, si sententiam vovens mutet, &  
alteri concedat, peccat quidem, sed con-  
tractus tenet.

32. Votum vero solemne matrimonii  
dirimit; ratio est, quia, qui votum  
solemne emitte, non solum corpus  
suum, sive corporis dominium DEO  
promittit, sed etiam, acceptante Eccle-  
sia, actu ipsius tradit, & in eum transire.  
Quare, qui votum solemne emiserunt, non  
possunt postea matrimonium contrahere,  
quia non habent dominium sui corporis,  
vi cuius possint alteri conjugi in ipsum  
petestatem tradere.

33. Votum, per solemnem Religio-  
professionem factum, matrimonium fa-  
tum quidem, se nondum consummatum,  
dirimit, ex Trid. cit. can. C. ubi:  
Si quis dixerit matrimonium ratum, ma-  
consummatum, per solemnem Religio-  
nis professionem alterius conjugis non di-  
rimi. Anathema sit. Jura, & Cano-  
nes unicusque conjugi post contractum  
matrimonium, concedunt duos menses

ad deliberandum de Religionis ingressu: quanto tempore potest unus alteri sine peccato debitum denegare: *Cap. ex publico de conve. conjug.*

34. Verum, matrimonium consummatum, etiam intrahimself, non dissolvitur per subsequentem professionem Religionis: Unde post consummationem neuter conjugum potest validè Religionem profiteri: Nisi uteque Religionem ingredatur. Sed in calu particulari credere esse recurrentum ad S. Pœnitentiarum pro facultate transitus.

35. Item, votum solenne castitatis, effusum in valida professione Religionis, à S. Sede approbata, subsequens matrimonium dirimit, etiam consummatum. *Trid. cit. can. 9.*

36. Idem, dicitur de voto simplici castitatis, quod peracto biennio emitunt PP. Societas, ut decrevit *Greg. XIII.*

### §. VII.

#### *Impedimentum cognationis.*

37. Cognatio triplex est, naturalis, legalis, & spiritualis.

Naturalis, quæ dicitur, etiam consanguinitas, definiuntur. *Est continentia personarum, ex eo progeniens, quod una descendat ab altera, vel ambo ab eadem:* Seu, vinculum personarum ab eodem stipite descendentiis, carnali propagatione contractum; seū, coniugio aliquorum, ex eo, quod descendant ab aliquo uno parente per carnalem propagationem.

38. Legalis, est propinquitas personarum ex adoptione consurgens. *Ad Matthaeucci Cautela Confess.*

ptio autem legitima, est *assumptio extra-nea persona in filium, nepotem, filium, &c.*

39. Spiritualis, est *propinquitas per-sonarum jure canonico inducta, consur-gens ex eo, quod cooperentur ad confir-mationis, vel baptismi collationem, ant-susceptionem.* Et per Trid. *seff. cit. cap. 2.* repertur. I. inter baptizatum, & bapti-zantem. II. inter baptizantem, Patrem, & Matrem baptizati. III. inter baptiza-tum, & susceptorem, Patrimum, & Ma-trinam. IV. inter Patrem, & Matrem bat-pizati, & Patrinos. Inter susceptores ad se invicem non habetur: per dicta lib. 2. cap. 7.

40. Legalis itaque dirimit matrimonium. I. inter uxorem adoptantis, & ado-ptatum, ac descendentes ab adoptato us-que ad 4. gradum.

II. Inter uxorem adoptati, & ado-ptantem III. inter filios adoptantis, & adoptati; patet *cap. unic. extra de co-gnat. legali.* Ubi notant DD. quod, soluta adoptione per emancipationem adoptati à potestate adoptantis, potest adoptatus cum filia adoptantis valide matrimonium contrahere. Contenon-citat.

40. Naturalis dirimit matrimonium usque ad 4. gradum, *cap. de lege de con-sang. ubi habetur: quod prohibito copula coniugalis quartum consanguinitatis gra-dum non exceedit.*

Ad hujus notitiam considera istos ter-minos: *Stipes, Gradus, & Linea.*

41. Stipes est persona illa, à qua de-scendunt, qui consanguinitate sunt con-juncti: seū, in ordine ad quam mensura-tur consanguinitas. Dicitur stipes, quia est